Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Professio Fratrum.

Anno Dni 1615 in die S. Thomæ Apostoli ad professionem recepti sunt,

Martinus Stöger Oenipontanus. filius pistoris. obijt 1677 mense Xbri

Mathæus Wilhalm Pollingensis boius. filius agricolæ.

F. Jacobus Florinus de Latsch. filius agricolæ, qui anno sequenti 7 Cal. Januarii studiorum gratia missus fuit Dilingam.

Anno Dni 1617 ipso die Circumcisionis professi sunt,

Wilhelmus Cöstlan Oenipontanus. nobilis genere. ætat. 20.

Simon Pergamasch de Thserms nobilis. ætatis suæ 25.

Eodem anno 30 Martii professus fuit,

Mathias Frelich Oenipontanus. nobilis, filius Apodecarii. ætatis suæ 19. qui missus fuit Salisburgum studiorum gratia, anno 1618. 4 Junii. et rediit ex Rethorica anno 1619 pridie S. Joannis Baptistæ.

Anno 1618. 21 Januarii professi sunt,

Sebastianus Zigl Halensis. filius Aurifabri. ætat. 24.

Joannes Burckardus Oenipontanus. filius Cantoris. ætatis 19. qui eodem anno in die S. Lamberti una cum F. Andrea Seber profectus est Dilingam ad Logicam, et anno 1620 in die S. Viti ex Physica uterque Baccalaureus domum redierunt, ob tumultus bellicos in Suevia ortos. absoluerunt tamen in Monrio Cursum professore F. Paulo Gaio Professore. Et anno 1623 missus est Salisburgum ad Theologiam et Jus Canonicum. mense Octob. 17.

Professio Fratrum.

Anno Dni 1619. 28 Aprilis Dominica Cantate, quo et die primitias celebrauit F. Joannes Wick, professus fuit,

Joannes Fuchs de Lätsch Conuersus et pictor, qui ultra mille et trecentos florenos Monrio donauit.

Anno Domini 1624 Dominica Sexagesimæ, die 11 Feb. professi sunt Bernardus Gemmelich Oenipontanus ætatis suæ 17. Donauit Monrio domum suam Oeniponti quam habebat. quæ uendita est à D. Abbate pro mille, ducentis et 60 florenis.

Georgius Frölich Oenipontanus. ætatis 18. Parentes eius ratione successionis hæreditariæ conuenerunt nobiscum cum 400 florenis, casula et calice.

Eodem anno, die decimo septimo Nouembris professus est Joannes Schnirlin, ætatis suæ 20 annorum.

Anno Dni 1625 die nono mensis Nouembris professus est Christianus ~~Sch~~ Praxmärer oriundus ex Grins, ætatis suæ 19 annorum, quos complebit ad festum Purificationis B. Virginis Ao Dni 1626.

Ao 1627 die duodecimo Decembris professus est Joanes Stifter, dictus nunc Robertus, oriundus de Lätsch. ætatis suæ annorum Viginti octo circiter.

Anno Dni 1618 uixerunt triginta professi.

Sacerdotes.	Juniores.
D. Thomas Abbas.	Martinus Leis Diaconus. Organista
Paulus Gay Prior.	Joannes Wick Diaconus.
Georgius Lengenlaicher Senior.	Thomas Kröz Studiosus Dilingæ.
Joannes Schweizer Pistrinarius.	Andreas Seber Refectorarius.
Christoph. Wolf Vicarius ad S. Petrum.	Martinus Stöger Subdiac: Subcustos.
Georgius Wagner Subprior.	Mathæus Wilhalm.
Wolfgangus Löbersorg Custos.	Jacobus Florinus Studiosus Dilingæ.
Casparus Sphofer.	Wilhelmus Cöstlan.
Bartholomæus Winter Vic. in Mais.	Simon Pergamasch.
Christophorus Pflaum.	Mathias Frelich.
Balthasarus Prandthofer.	Sebastianus Zigl.
Paulus Löderer.	Joannes Burckardt.
Wolfgangus Friesnegger Cellarius.	Joannes Turner Conuersus et Sartor.
Wilhelmus Pfadt Confessarius.	
Englhardus Agricola.	
Joannes Ziegler cum licentia habens parochiam in sæculo.	
Dominicus Riedl ~~Apostata~~.	

Anno 1629 Vigesimo 6to die mensis Augusti professi sunt Mathias Vuarant, nunc Edmundus, oriundus de Merano, ætatis suæ 19 Item Ludouicus Winter Halensis. ætatis suæ 16 annorum, quos implevit die S. Ludouici hoc anno hoc et 25 Augusti